



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

XXV. De Canonica portione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

Inverto patitur, ubicunq; voluerit, illum sepelire: quod si consuetudo id non habeat a, cum suis majoribus, vel in parochiali Ecclesia tumulandus erit. Secundo vero casu, cum pubertatem attingit, libere absq; patris assensu sibi sepulturam eligere poterit, quanquam pro anima sua prater patris assensum aliquid iudicare non possit, nisi b castrense, vel quasi castrense peculium habuerit.

Religiosi non possunt sibi sepulturam eligere. h. d.
Impuberi similes religiosi habentur: hi enim, cum propria voluntatis libertatem e non habeant, eligere sibi sepulturam nequeunt, sed apud propria monasteria tumulandi sunt: nisi adeo forte sint temoti, quod ad ea, cum moriuntur commode exportari nequeunt.

Non potest quis etiam iurejurando a se ipso abdicare liberam eligendo sepultura potestatem. h. d.

Alias autem sepultura usq; adeo libera esse debet electio, ut Bonifaciana d constitutione cautum sit, ne qui ad vovendum, jurandum, vel fide interposita, vel alias promittendum aliquos inducant, ut apud eorum Ecclesias sepulturam eligant, vel jam electam ulterius non imitent, & secus factum omnino infringit.

Mortuus ruri, qui sepulturam non elegit, si sine periculo possit exportari, vel in parochiali Ecclesia, vel in majorum sepultura debet sepeliri. h. d.

Illud e tamen in dubium venire potest, si quem, dum laniam, vel agri colendi causa rusticatur, ruri inopino forsitan interit, nec electa sepultura contingat occumbere, an in Ecclesia ruri constituta, an potius in alia sepeliri debeat? & responsum est, si absque periculo defunctus inde valeat exportari, non in Ecclesia ruri polita, sed in sua parochiali, vel in qua majorum ipsius ab antiquo sepultura extitit, sepeliendum fore.

Quibus non communicamus vivos, nec mortuis communicamus. hoc dicit.

Non tamen omnes, qui fatis functi fuerint, Ecclesiastica tradendi sunt sepultura: quibus f enim non communicamus vivos, nec defunctis communicare debemus. Unde carebunt Ecclesiastica sepultura, qui prius erant ab Ecclesiastica unitate praecisi. Igitur nec Paganus, nec Iudaeus, nec haereticus, nec qui uluras exercuit, nec qui sibi mortem consciverunt, aut qui per tonis Ecclesiasticis violentas manus injecerunt, nec homicidae, nec incendiarii, aut Ecclesiarum violatores, nec incestuosi, nec blasphemii, nec ullus qui pro manifestis condemnatus est excessibus, Ecclesiastica sepultura tradi poterit.

Tumulati contra canones, sunt exhumandi si illorum corpora possint discerni a corporibus fidelium. h. d.

Et si contigerit aliquando horum corpora in ecc: etario Ecclesiastico tumulari g, si ab aliorum corporibus discerni poterint, exhumari debent, & ab Ecclesiastica sepultura procul jactari. Quod si discerni non poterint, cum excommunicatorum ossibus corpora fidelium extumulanda non erunt, cum licet non obstit justis sepultura nulla, vel vilis, celebris tamen vel speciosa non prosit improbis.

Qui contemptis clavibus non humandos in locis sacris inhumaverit, excommunicationem incurrit, a qua non est absolvendus, ante quam arbitrio Episcopi satisfecerit. h. d.

Si quis autem h contemptis Ecclesiae clavibus hujusmodi personas, aut interdicti tempore quoslibet, in Ecclesis vel coemeteriis sepelire ausus fuerit, ipso facto, excommunicationis sententiam incurrit: a qua, nisi prius d arbitrium dicecesani Episcopi eis, quibus injuria arrogata fuerit, satisfactionem competentem exhibuerit, absolvi non poterit, nec ullum circa praemissa contrafacientibus privilegium suffragabatur.

a Ca. pen. ex. tit. in 6. b D. e. pen. in fi. in 6. c C. fi. cod. tit. in 6. d C. in prin. ex. tit. in 6. e C. si quis in prin. cod. tit. in 6. f C. sacris in prin. extr. ex. tit. g C. sacris est. extr. cod. tit. in 6. h Clem. 2. cod. tit.

Reconciliati, licet alioque Ecclesiastica sepultura non qua tradenda post reconciliationem tradi poterint. h. d.

Sed haec de illis intelligenda sunt, qui impoententes decesserint, nec in articulo saltem mortis Ecclesiasticam conciliati fuerint. Nam a si, cum forsitan in extremis agerent, legitime absolvi fuerint, Coemeterium his de alia Ecclesiastica suffragia denegari non debent: haredes tamen & propinquos, ad quos ipsorum bona pervenerint, ut pro eodem satisfaciunt, si casus exigat, Ecclesiastica sunt censura compellendi.

Cadavera punitorum penitentium sunt tradenda sepultura Ecclesiastica. h. d.

Ex his apparet, eorum cadavera, qui post confessionem Deo peractam, pro sceleribus suis in patibulis suspenduntur b, ad Ecclesiam esse defendenda, & oblationes pro eis offerendas. Cum enim pro peccatis suis penam extremam solverint, & dignè poenitent, non potest Deus his idipsum.

Deprehensi in scelere & vulnerati, si confitei ex vulneribus mortui fuerint, stem improviso casu oppressi, non privantur Ecclesiastica sepultura. h. d.

Quin etiam e si, dum in scelere comprehendantur, vulnerati fuerint, & sacerdoti postmodum confitei, ex vulneribus acceptis decesserint, communitio eis non de negabitur: quanquam si, dum seipos defendunt, interfecti fuerint, aliud sit statuendum. Is autem, quem casus improvisus opprimit d, si nihil aliud oblatio Ecclesiastica sepultura non atrebitur.

Tro sepultura non possunt clerici aliquid exigere, nec consuetudine contrarium valet, possunt tamen sponte oblationes accipere. h. d.

Illud etiam atque etiam admonendi sumus, sacris Canonibus penitus interdicti e, ne quis terram pro pulchro vendere, aut pro hominibus sepeliendis quocum modo munera f exigere audeat, nisi forte sepeliens Ecclesiae in cuius atrio g sepelitur, aliquod viuentis iussu fuerit, aut post mortem ipsius parentes, proximos, vel haeredes pro luminaria, vel elemosinas aliquid aliud dare voluerint: quo casu sponte oblatum licite accipi poterit: peti b vero, vel aliquid exigi, est omnino reprobatum, ne aut venalis dicatur Ecclesia, aut clerici hominum interitu gaudere videantur, si ex illorum cadaveribus studeant habere compendium, nec oblatione cuiusquam consuetudinis, nisi pia & laudabilis fuerit, creaturam quis exulare poterit.

DE CANONICA PORTIONE
 TITVLVS III

Quid sit Canonica portio, & quid sit dignitas parochialis & Episcopalis, & quod parochialis debeat iurare de relictis factis Ecclesiae, in qua quis posthabita propria Ecclesia eligi sepeliri. h. d.

Canonica portio est, quae de relictis, & proventibus Ecclesiis obventibus detrahitur, & pretiatis debetur. Est autem duplex, Parochialis & Episcopalis. Parochialis est, quae Parochiali Ecclesiae, vel ipsius Curato, & Rectori debetur. Sciendum est etiam, si quis in alia Ecclesia, quam in ea, in qua divina audit officia, & Ecclesiastica sacramenta percipit, sepulturam sibi elegerit (quod quibus casibus fieri possit proxime exposuimus) ne parochialium Ecclesiarum Rectors, quibus cura incumbit animarum, debitis fructibus subsideis, constitutum esse, ut Curatus de his rebus, quas defunctus pro anima sua in ultima dispositione reliquit Ecclesiae, in qua sepeliri elegerit, quae ratio

a C. fin. extr. cod. tit. b Canon. questum est. 13. q. 1. c Ca. si quis, Clem. pen. 13. q. 2. d C. ex parte parentum, extr. cod. tit. e C. pen. extr. cod. f Can. questum est. 4. unde. 13. q. 2. g Can. praecipiendo. d. 13. q. 2. h d. can. questum est. 1. per. i. Canon. praecipiendo. d. 13. q. 2. i C. can. praecipiendo. d. 13. q. 2.



partem percipiat, aut aliam, quam legitima consuetudo præfixerit.

De his, qui viventes & sanus consulti alicui Ecclesie, Curati non debent Canonica portio: secus, si infirmus, & ex eadem infirmitate decedens. h. d.

Sed et si nihil quidem testamento quis reliquerit, sed in ægritudine a consensu cum bonis suis ad loca religiosa se transferat, Ecclesie parochiali Canonica portio debetur, si modo ille de eadem ægritudine deceaserit. Quod si sanus ad ea loca se transferat, de his, quæ locis ipsis contulit, cogi non poterit aliquid Ecclesie, à qua discessit, impetiri: quia liberum est eis tunc bona sua non solum religiosis, sed etiam quibuslibet privatis conferre.

Canonica portio solvitur Ecclesie, in qua quis divina percipit: & si duo quæ habeat domiciliata, dividitur inter Ecclesias duorum domiciliatorum. h. d.

Dubitari tamen potest, si ejus b majores antiquitatis aliqua Ecclesia sepeliri consueverant, ea dimissa alibi sepulturam elegerit, num dimissa Canonica portio debeatur, an parochiali? Et statutum est, illi persolvendam in qua quis audire divina, vel sacramenta recipere debet. Quod si is, qui duo habet domicilia, sequè in utroque collocat æqualiter, in loco tertio sepulchrum eligat, domiciliorum Ecclesie inter se Canonica portio dividenda videtur.

Ponit, de quibus rebus parochialis non detrahatur. h. d.

Sunt et tamen quedam relicta, ex quibus Canonica portio detrahi non debet, ut puta si quid pro fabrica, pro luminariis, pro anniversario, pro equis d. vel armis contra infideles exercendis, vel alias ad perpetuum cultum divinum, vel particulari personæ legatur: de quibus omnibus nisi ea machinatione facta fuerint, ut parochialis Ecclesia fraudetur, hujusmodi portio detrahenda non erit.

Minores, & Prædicatores indistinctè de omnibus obventionibus parochiales portiones solvere tenentur. h. d.

Ed istud et quidem ita demum obtinet, si neque in Minorum, neque Prædicatorum quis Ecclesiis sepulturam sibi elegerit: hoc enim casu didorum ordinum fratres de omnibus obventionibus, tam funeralibus, quam quibuscumque, & quomodocumque relicta distinctè vel indistinctè, ad quoscumque certos, vel determinatos usus, etiam de quibus Canonica portio dari, sive exigi non consuevit, vel de jure non debet, nec non de datis, vel qualitercumque donatis in morte, seu mortis articulo, infirmitate donatis, vel dantis, de qua decefferit, quomodocumque, directè vel indistinctè, quartam partem parochialibus sacerdotibus, & Ecclesiarum Rectoribus integre largiri tenentur.

Canonica Episcopalis est, quam detrahit Episcopus de relictis pro anima, quam testator prohibere non potest, & ubi eadem ratio, eadem debet esse juris dispositio. h. d.

Canonica portio Episcopalis est, quæ de relictis alicui Ecclesie pro anima ab Episcopo deducitur. Nam veluti parochialis Ecclesia pro labore, & cura, quam gerit animarum, certam portionem detrahit de relictis alteri Ecclesie, in qua quis sepulturam elegerit: sic etiam licet ipsi Episcopo si, nisi sibi quadragenaria & obiter præscriptio, curæ pastoralis iuvit, quam diceclesi superintendens suscipit de relictis, & pro anima cujuslibet Ecclesie oblati Canonica sumere portionem: etiam si testator expresserit, quod non Episcopi velit esse relictum, sed tantum Ecclesie, cum privata testatoris dispositio generalem Canonis constitutionem immutare ne queat.

a C. de us. extr. de sepult. b C. de sepult. in 6. c C. si ext. de test. d Can. nostræ. ext. de sepult. e Cle. a. verum. & per totum. iii. de sepult. f C. requisisti. in prim. ext. de test. g C. de quarta. ext. de præscript. h a. c. requisisti. ver. scilicet autem.

Ecclesia debetur Canonica portio de relictis Episcopo, quam iam testator prohibere. h. d.

Tem a ex contrario, quemadmodum Episcopo sua portio competit, si quid Ecclesie relinquatur: ita si quid Episcopo relictum fuerit, Ecclesia de illo Canonica petere portionem poterit. Sed hoc casu, si testator exprimat, quod velit illud Episcopi tantum esse, non Ecclesie, testatoris erit servanda dispositio.

Si quid simpliciter Episcopo à conjuncto fuerit relictum, in dubio non debetur Ecclesie Canonica portio: secus si ab extraneo. hoc dicit.

Sed b in hac specie multum intererit, qua legandi formula testator usus fuerit. Nam si simpliciter dixerit, Rem salutem relinquo, distinguendum est, Episcopi propinquus leget, an extraneus. Primo enim casu cum non Ecclesie relictum præsumatur intuitu, nisi forte probetur, sed personæ, de relictis in vita Episcopi Ecclesia petere nihil poterit. Contraria obtinet præsumptio & dispositio, si ab extraneo quid Episcopo relictum fuerit.

Si quid conjunctim legatur Episcopo & Ecclesie, fit inter ipsos divisio, etiam si testator hoc reliquerit Episcopo, illud Ecclesie: nisi share velint testatoris voluntas, quod ob favorem ultimarum voluntatis concedatur. h. d.

Quod si c conjunctim dictum fuerit, Relinquam Episcopo & Ecclesie, de ea inter ipsos Canonica divisio facienda erit. Si verò istud Episcopo, & illud Ecclesie relinquatur, relicta inter Episcopum, & cathedralem Ecclesiam ad Canonica divisionem sunt redigenda: nisi ambo testatoris velint esse dispositione contenti, quam propter ultimæ voluntatis favorem observare est satis concedens, ubi neque fraus intervenit, nec alteruter nimium debita portione fraudatur.

Cum Ecclesia inferioribus Episcopis non dividit sibi relictum, sed bene detrahit quartam de relictis dicti Ecclesie. hoc dicit.

Secus d autem est, si quid legetur Episcopo, & capellis vel monasteriis, aut aliis piis locis: nam hoc casu, quod Episcopo legatur, ejus præcipuum est: cum Ecclesia cathedrali, & de illis quæ aliis locis legantur, portionem Canonica nihilominus obtinebit. Et hæc idè tam variè, quia non tanta inter monasteria, aut capellas est communitio, quanta inter Ecclesiam cathedralem & Episcopum, qui cathedræ spirituali copulatus est conjugio: unde & quæ acquirit Episcopus, non illis, sed ipsi tantum acquirit.

Si testator aliquid Episcopo, aliquid Ecclesie reliquit, & justis Episcopum esse contentum suo relictis, posthabita detractione quarta, servanda est testatoris voluntas, nisi sit facta in fraudem. hoc dicit.

Hoc autem tunc obtinere oportet, si simpliciter Episcopo legatum factum fuerit: ceterum si eam adjecerit conditionem testator, ut Episcopus suo sit legatus contentus, &iple legatum agnovit, quia per hoc aliis renunciassè videtur, de ceteris portionem exigere non poterit. Sed si constiterit, quod eadem adjecta conditione in fraudem modicum constituit mortuarium, ut Episcopus portione debita si audetur in ceteris, quia dolus cuiquam patrocinari non debet, poterit is etiam ex aliis relictis exigere portionem à Canone confirmatam, salva tamen indulgentiis, quæ à Romano Pontifice quibusdam regularibus sunt concessæ.

Relictum ei, qui potest proprium possidere, non habenti prælationem vel administrationem, à quocumque præsumitur relictum intuitu propria persona, non Ecclesie. h. d.

Illud f etiam generaliter observandum est circa eum qui proprium possidere potest, prælationem, vel

a C. requisisti. h. si ab extra. de test. b D. ca. requisisti. h. si verò. c D. c. requisisti. h. quid si. & seq. extr. de test. d d. c. requisisti. h. secus autem. extra de test. e Ca. officii & infra. extra de test. f C. requisisti. h. illud. extra de test.

administrationem Ecclesie non habentem, quod si ei aliquid relinquatur specialiter, non solum a propinquo, verum etiam ab extraneo, non intuitu Ecclesie, sed persona esse relictum intelligitur, nisi probatio in contrarium appareret: & idcirco de illo, nec Episcopus, nec Ecclesia potest in vita ejus sibi aliquid vindicare.

Episcopus & parochialis par. possu. ambulant. h. d.
Item de quibus relictis parochialis portio non detrahitur, nec Episcopalis detrahenda erit.

DE DECIMIS.
 TITVLVS XXVI.

Poni subordinatorem tituli ad precedentia & sequentia. h. d.
Explicito tractatu rerum, quae spiritualitate quadam continentur & censentur, superest nunc, ut de rebus Ecclesiasticis quidem, sed temporalibus, illarumque administratione dicamus. Sed cum decima mediam quandam inter spirituales res & temporales naturam obtineant, quippe quod ipsum decimarum spirituale sit, fructus vero ipsi decimarum temporales & profani, merito de his quasi in confinio quodam, tractatus habendus erit, & tam precedentibus, quam subsequentibus annectendus. Quod eo etiam congruentius posse fieri videtur, quod & proximè de iis, quae sacerdotibus, & Ecclesiis parochialibus debentur, & ipsarum quoque decimarum ad parochiales Ecclesias jure communi spectat perceptio.

Quid sit decima. h. d.
Decima est quora bonorum mobilium pro Deo, tam divina, quam humana constitutione debita.

Decimarum alia personales, alia praediales. h. d.

Decimarum duae sunt species: personales, & praediales. Personales sunt, quae ex iis proventibus deducuntur, qui ex propria cuius solertia & industria obveniunt, ut puta de negotiatione, artificio, & militia. Praediales sunt quae ex fructibus praediorum solvuntur, ut de vino, tritico, & his similibus, quas in signum universalis sibi tenentis domini reddi Deus praecipere voluit.

Personales praebenda debentur Ecclesiae, in qua quis sacramenta percipit: praediales vero Ecclesiae, in cuius finibus sunt constituta praedia, nisi aliud inducat consuetudo. h. d.

Inter personales autem & praediales decimas hoc interest, quod personales illi solum parochiae debentur, in qua quis Ecclesiastica sacramenta percipit, tametsi lucrum alicubi contigerit: praediales vero, si ex praediis in aliena parochia constitutis fructus collecti fuerint, ei debentur Ecclesiae regulariter, in cuius territorio praedia sunt constituta: quanquam si consuetudo aliud introduxerit, servanda erit.

Personales decima, quae solvuntur ex rebus venditis & parati pecunia decimata, solvuntur deducto impensu: sed vero praediales, & fructus non, nisi cum onere decimarum, alienari possunt. h. d.

Item si personales, quae de rebus acquisitis, vel factis ex pecunia decimata, si vendantur, solvenda sint, ut puta si vendatur domus, ager, vinea, molendinum, grex, aut merces, quae libet expensae prius, quas quis in rebus parandis fecerit, deduci debent, & de residuo, quasi de lucro, decima praestabatur. Expensae vero etiam seminis, quae sunt pro percipiendis fructibus, ex illis de quibus fructus proveniunt, etiam si decimata fuerint, non deducuntur: quoniam, salva decima, fructus efficiuntur eorum, qui expensas ipsas faciunt: sed nec fructus ipsi, nisi cum onere decimarum, alienari poterunt.

Non deducuntur impensa facta pro restaurandis rebus, de quibus solvenda sunt decima, tam personales, quam reales. h. d.

a C. parochianos. ext. eo. b d. c. ad Apostolica. in fin. c C. pastoralis officii. ext. eod. tit.

Illud commune tamen est tam personalibus, quam praedialibus, quod expensae, quae factae fuerunt pro restaurando a detrimto rerum, ex quibus decimae persolvuntur, ut si pars aliqua moriatur armenti, vinea aut deterior, mercis depercat portio, de proventibus decimarum minime deduci debent. Cuius rei illa est ratio, quod penes dominum res instauratae remanent.

Census & tributa de fructibus, de quibus decima solvenda sunt, non debent deduci. h. d.

Sed si nec census, nec tributa de fructibus, de quibus decimae persolvendae fuerint, primitus deduci poterunt. Cum enim in signum universalis dominii, quasi quodam speciali titulo decimas sibi Dominus reservaverit, consequens est ut in prerogativam dicti generalis domini decimarum solutio, censuum & tributorum praecedat executionem: vel saltem hi ad quos census, vel tributa pervenerint, quoniam res cum suo onere, decimas solvere per censuum Ecclesiasticorum compellantur.

De omnibus proventibus decima solvi debent. h. d.

Eadem ratione constitutum est, ut non solum de vino & grano, fructibus arborum & hororum decimae persolvi debeant, sed etiam de pecoribus, de venationibus, negotiationibus, de ipsa etiam militia, & denique de omnibus bonis, & proventibus omnibus, ita ut quae de his eas cum integritate solvere neglexerint, Ecclesiasticae distinctione percelli debeant.

Omnes censentur solvere decimas, tam Christiani, quam Iudaei, tamen tantum praediales tenentur solvere, Christiani & pastores, & personales. h. d.

Illud etiam nullam recipit dubitationem, ad solutionem earum quemlibet teneri, nisi quis speciali privilegio ab ipsarum praestatione deoat exemptus. Unde non solum Christiani, sed etiam Iudaei tenebantur. Inter eos tamen illa differentia, quod fideles ad personales & praediales praestandas indistincte teneantur: Iudaei vero, ad praediales tantum, quas si recitent solvere, ad ipsas possessiones renunciandas compelluntur, ne forte hac occasione Ecclesiae suo iure iniuriam valeant.

Monachi regulares, & clerici communiter tenentur solvere praediales decimas, & quod novale est ager, de novo relicto ac culturam. hoc dicit.

De Monachis & regularibus, seu clericis communiter viventibus videamus, & sane nulla fuit ratio, ut ab his de laboribus ac nutrimentis propriis decimas excoquantur: ad praediales tamen etiam de novalibus, de quibus antea decimae solvebantur, tenebantur. Est autem novale, ager nunc primum profectus, & nuper ad culturam redactus: de quo, quod aliquando cultus fuerit, memoria non extat.

Decimas solvere tenentur Monachi, & alii communiter viventes, etiam de praediis de novo acquisitis, & propria manibus excavatis, nisi obtulerit aliquod privilegium. h. d.

Sed & si iidem possessiones praediales de devotione colatae fuerint, aut pro monasteriis de novo fundantur comparatae, vel quoquo modo recenter acquiritae, etiam si eas propriis manibus aut sumptibus excavant, nihilominus decimas persolvent Ecclesiis, quibus ratione illarum praediorum antea solvebantur, nisi super hoc specialis alicuius vel privilegio munus esse probentur.

Privilegium tollitur re iudicata & praescriptio. h. d.

Sed nec semper eis privilegium suffragabitur: nam si res iudicata obsidat, vel privilegio munus decimas per quadraginta annorum spatium solvereint, cui liberum sit unicuique iuri proprio renunciare, praedialibus

a C. pastorali. s. nec proes. tit. extr. b C. cum non. ext. tit. c C. tua nobis. circa med. eo. tit. ext. d C. ex parte. e C. extr. eo. tit. e C. de terris. ext. eo. tit. & c. pen. in fin. ext. de iur. f C. s. ceterum. eo. tit. in 6.

